50.

1295, *Dicembre* 3.

Elezione di ministri per l' esame degli affari dell'Armenia.

... Quod illi tres de XL, qui debent eligi ad officium cartarum de collegancijs Armenie debeant esse in dicto officio postquam compleverint officium quarantie, sub pena soldorum viginti grossorum pro quolibent. [Pilosus, 57 t°].

51.

1296, *Febbrajo* 15.

Ancora per elezione di tre ministri per la causa dei mercanti.

Cum in parte capta super havere perdito in Armenia contineatur, quod ipsa pars intelligatur de mercatoribus qui poterunt ostendere ordinate, quod habuerunt secum, seu quod miserunt omnes suas collegancias ordinate; Capta fuit pars quod eligantur tres de XL, secundum formam ipsius partis; Et addattur ipsi parti, quod etiam mercatores qui portaverunt vel miserunt partem sue collegantie vel sui capitalis, tam de Veneciis, quam de Romanias, quam etiam aliunde, intelligantur in ipsa parte. Et fiat de eis sicut de illis qui portaverunt vel miserunt totam suam colleganciam, quantum est in parte quam portaverunt vel miserunt. Et iniungatur dictis tribus de XL, quod debeant servare illud ordinem in istis, quod factus fuit per illis qui portaverunt vel miserunt totam suam colleganciam. [Pilosus, 58].